



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

58. An Confessarius electus virtute Bullæ possit absolvere pœnitentem,  
qui non potest parti satisfacere? Et si pœnitens non possit in totum, an  
debeat satisfacere in partem? Et quid est agendum, si ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

Sup. hoc in  
Ref. 1. no.  
præterita  
§. Ideo ex.

Sup. hoc su-  
pra ad lin.  
23. huius  
Ref. veri.  
notiue par-  
tis, & in alio  
§. eius nor.  
pro hac  
quæst.

dize una regle de derecho, *Ad impossibile nemo obligatur.* Y añade Navarro, quel el que puede satisfacer, mas con incomodidad, vendiendo su hacienda notablemente en menos de lo que vale, no tiene obligacion à ello, si puede dilatarlo sin grande daño del acreedor. Acerca de la misma clausula se ha de advertir, que quando dezimos que se ha de satisfacer a la parte, no se ha de entender por parte el juez, quando la ley manda que el reo se pague alguna pena pecuniaria. [Hæc Villalob. quæ sunt valde notanda, quia casus quotidianus est. Vide etiam Præp. in 3. part. 9. 1. de cens. in comm. dub. 15. num. 114. Rodriguez in Bull. Crue. §. 9. num. 52. & seq. Coninch disp. 14. dub. 6. Ioan. de la Cruz in direct. conf. par. 2. de excommunic. dub. 5. conclus. 3. & Turrian. de cens. lib. 2. disputa. 39. dub. 21.]

## RÉSOL. LVI.

An, qui vigore Bullæ Cruciatæ fuit absolutus ab excommunicatione sine satisfactione partis, teneatur iterum confiteri tanquam non legitime, sed nulliter absolutus?

Et an stantibus verbis Bullæ Cruciatæ, prius satisfacta parte, nomine satisfactionis intelligatur restitutio honoris, fama, vel aliorum bonorum, &c?

Et si talis satisfactio dari non potest, an nunc quis debeat dare cautionem sufficientem, scilicet pignoratitiam, vel fideiussoriam, aut iuratoriã? Ex part. 1. tr. 11. Ref. 22.

Sup. hoc in  
Ref. sec. &  
in aliis eius  
primæ ann.

§. 1. **A**firmatiuam sententiam docuit Coninch de Sac. disp. 14. dub. 16. num. 211. Suarez in 3. p. tom. 5. disp. 7. sect. 5. num. 41. Filliuc. tom. 1. tract. 11. c. 9. n. 295. Sayrus de cens. lib. 2. c. 18. n. 10. Henriquez in sum. lib. 7. de Indulg. c. 13. num. 2. Syluester, Caietanus, Atmilla, Corduba cum aliis. Et ratio est; quia Bulla per illam clausulam prius satisfacta parte, restringit potestatem Confessario, & illi præbet sub hac forma.

2. Sed mihi opinio contraria magis arridet, quam tuentur Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 33. num. 3. Barbosa in collect. tom. 2. tit. 40. c. 23. n. 3. Valerus in diff. vtriusque fori, verb. Absolutio, diff. 5. n. 5. Auila de censur. part. 2. c. 7. disp. 3. dub. 9. concl. 2. qui citat Magistros, Pegna, & Sanch. & Doctorem Acofta; quia, vt multis notat Sanchez, Summus Pontifex per illam clausulam non intelligit, vt malè supponunt aduersarij, inducere nouam formam, nec limitare potestatem; sed tantum admonere Confessarium de sua obligatione; nempe vt non absoluat excommunicatum, nisi prius satisfecerit realiter; vel, si non potest, dederit cautionem satisfaciendi, vt requirit ius commune. Vnde sequitur, supraddictum excommunicatum iniuste, & cum peccato mortali absolutum, sed tamen validè, vt diximus, posse licitè absolui à peccatis ab alio Confessore, qui potest se gerere cum illo tanquam cum non excommunicato; & quantum ad satisfactionem obseruet regulas generales circa debitores.

3. Norandum est verò pro praxi, stantibus verbis Bullæ prius satisfacta parte; quòd nomine partis intelligitur ille, cui facta est iniuria per illud delictum, per quod inflicta fuit excommunicatio, siue sit persona publica, siue priuata. Ita Henriquez lib. 1. c. 28. num. 1. Bonacina de cens. disp. 1. q. 3. punct. 9. Vnde sub nomine partis non intelligitur Iudex, cui ipso iure applicatur pena pecuniaria, sed tertius inter partes; vnde per Bullam Cruciatæ potest absolui, antequam soluat iura Iudici, seu Tabellioni. Ita Sor. in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. post 3. concl. Nominè verò satisfactionis intelligitur restitutio honoris, vel fama, vel aliorum bonorum, vt aduertit Suarez in 3. p. tom. 5. disp. 7. sect. 5. num. 47. Quid

Sup. hoc in  
Ref. præterita,  
à lin. 23.  
& Verf. no-  
mine partis,  
& prope fi-  
nem, à Verf.  
Acerca.

de talis satisfactio realiter dari non possit, tunc debet dare cautionem sufficientem, scilicet, pignoratitiam vel fideiussoriam; quòd si nec hanc potest præstare, det iuratoriã satisfaciendi, cum poterit. Ita Navarro cap. 26. num. 7. & alij. Sed circa præsentem questionem in particulari discutienda sunt aliqua dubia.

## RÉSOL. LVII.

An si excommunicatus possit parti satisfacere, & non satisfact, si a Confessario delegato à Bulla Cruciatæ, aut alio privilegio absoluitur, valida sit absolutio? Et an, qui absque dicta satisfactione, aut cautione absoluit excommunicatum, teneatur ad restitutionem damni inde sequenti parti læsæ? Ex part. 5. tr. 9. Resol. 12.

§. 1. **N**egatiuè respondet Turrian. de censuris lib. 2. disp. 24. dub. vlt. vbi sic ait. Si Sacerdos absoluat, non præmissa satisfactione partis, non solum peccabit contra formam privilegij, sed etiam absolutio est nulla, quia forma est obstruenda quoties fieri potest. Ita ille, qui citat Suarez, quibus addit Valquez de excomm. dub. 20. & Coninch de censuris disp. 14. dub. 16. num. 211.

2. Verum ego contraria sententia tanquam probabiliori adhæreo, quam tucur Tannerus tom. 4. disp. 6. quæst. 10. dub. 6. num. 127. Faber de cens. in 4. sent. dist. 25. quæst. 1. disp. 4. cap. 3. num. 256. Auila de cens. part. 2. cap. 8. disp. 3. dub. 9. & Hurtado disp. 14. de excomm. diff. 5. num. 22. quia dicta additio, nempe satisfacta parte, non limitatur de Legato potestas sed admonetur vt seruet formam iuris communis, quam etiam delegans seruare debet, quia verba privilegij accipienda sunt, sicut verba iuris communis, quando in privilegio non adhibetur speciali cautela, vt non adhibetur in Bulla Cruciatæ, nec in similibus privilegijs. In iure autem communi dicta verba non irritant absolutioem, etiam si eam illicitam reddant, ergo nec in privilegio, ac proinde in privilegio addita tantum admonetur delegatum de obligatione iuris communis: vnde multo melius erit valida absolutio facta à delegato, quando in privilegio conceditur facultas simpliciter, nullo addito, in quo contra Ledesimam communiatur Confessor DD. nec in eo delegans præiudicat parti læsæ, cum delectat sub obligatione seruandæ formam iuris communis, sicut nec præiudicat, qui confert officium Ordinariorum, ex quo conuenit potestas addè amplà, vt absolutio supra dicto modo facta sit valida. Adde tamen eum, qui absque dicta satisfactione, aut cautione absoluit excommunicatum tenetur ad restitutionem damni inde secuti parti læsæ, quia absoluens tenetur ad non absoluendum ante prædicta attendendo ad fauorem partis læsæ, vt deducitur ex dictis duobus cap. 2. de sent. excomm. in 6. & ex 18. de verborum significatione.

## RÉSOL. LVIII.

An Confessarius electus virtute Bullæ, possit absoluitur penitentem, qui non potest parti satisfacere? Et si penitens non possit in totum, an debeat satisfacere in partem?

Et quid est agendum si non potest satisfacere sine graui iactura, & detrimento fama vel status aut suorum bonorum, an in dicto casu non sufficiat prestare cautionem iuratoriã, sed pignoratitiam aut fideiussoriam? Ex part. 1. tract. 11. Resol. 14.

§. 1. **N**egatiuè respondet Corduba tract. de Indulg. quæst. 43. & Ledesima in sum. tom. 1. tr. de excomm.

... cap. 8. dub. 3. Gutierrez 99. canon. lib. 1. cap. 5. n. 29. Sotus in 4. dist. 21. q. 2. post 2. concl. quem sequuntur nonnulli moderni: & si de facto absoluat, putat absolutionem esse nullam.

1. Sed contrariam sententiam probabiliorē esse videtur cum Barbof. in collect. tom. 2. tit. 40. cap. 23. n. 3. Cominch de Sacram. disput. 1. dub. 16. num. 206. Vafquez in 3. part. tom. 4. tract. de excomm. dub. 20. num. 2. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 1. num. 22. Vega in summ. tom. 1. cap. 6. cas. 28. Ioan. de la Cruz in tract. conf. p. 2. tract. de excomm. dub. 5. concl. 3. Fernandez in exam. Theol. p. 3. cap. 9. §. 12. n. 10. Filiucio tom. 1. tract. 1. cap. 9. num. 295. Auila de cens. p. 2. c. 7. disp. 2. dub. 8. & aliis. Et ratio est: quia non est credendum, Pontificem per illam clausulam, satisfacta parte, voluisse excludere à beneficio absolutionis eum, qui non potest satisfacere: non enim verisimile est, postulari conditionem impossibilem. Facit Clem. multorum. Clem. nolentes, de hereticis, in quibus similes conditiones ita intelliguntur.

2. Quæ supradicta sunt adeo vera, vt docuerit Sanchez in sum. lib. 2. cap. 20. num. 19. quod etiam si in privilegio solus mortis articulus excipitur, vt quis absoluitur, non satisfacta parte; attamen posita impotentia; putat etiam extra mortis articulum, talem esse absolendum; licet contrariam sententiam doceat Suarez in 3. tom. 5. disp. 23. sect. 5. n. 17.

3. Idem ex supradictis dicendum est, quod si penitens non possit satisfacere in totum, satisfacta parte, & si non potest satisfacere sine grani iactura, & detrimento famæ, vel status, vel suorum bonorum, vendendo ea, scilicet notabiliter vilius, licet potest absolui, dummodo creditor non patiarur æquale detrimentum. Et in his, & similibus casibus, in quibus non potest satisfacere, non sufficit præstare cautionem iuratoriā: sed pignoratiā, seu fideiussoriam det. Sufficit tamen contra Caietanum, verb. excomm. c. 77. præstare fideiussoriam, quamvis possit dare pignoratiā. Ita Henriquez lib. 1. §. cap. 28. num. 1. & Auila de absol. cens. part. 1. cap. 7. disp. 3. dub. 5. concl. 1. quod est valde notandum.

4. Sed circa præsentem materiam vide Syluestrum verbo absol. 3. num. 3. Armillam eodem verb. num. 48.

5. Caietanum eodem verb. cap. 4. Villalobum in sum. tom. 1. tract. 6. dub. 20. num. 8. Nauarrum in Man. cap. 16. n. 7. Reginaldum in praxi, tom. 1. lib. 9. c. 4. n. 65. Suarez in 2. par. tom. 5. disp. 7. sect. 5. n. 4. Ioan. Valez in differ. viri, que fori, verb. absol. diff. 5. num. 4. & alios.

RESOL. LIX.

An sit valida, & licita absolutio, si detur non satisfacta parte, quam Bulla Cruciatæ, vel Iubileum requirit, & excommunicatus satisfacere non potest?

Et advertitur absolutum ante realem satisfactionem reincidere in excommunicationem, si post modum non satisfaciatur, quando commode potest.

Et notatur, quod si penitens habet probabilem opinionem, quod nihil verè debeat, non tenetur aliquid solvere, quia potest sequi opinionem probabilem.

Etiamque docetur, quod si sit purum dubium in materia iustitiæ melior est conditio possidentis, & ita donec liberetur à dubio, nihil tenetur solvere; & in foro conscientie non erit obligatus ad satisfactionem, & hac sunt à Confessariis valde notanda. Ex part. 5. tract. 9. Resol. 11.

Aliqui affirmant non fore validam absolutionem, nisi ipsa precedat satisfactio. Ita Corduba tract. de Indulg. quest. 43. & alij. Sotus 4. di-

stinct. 22. quest. 2. art. 3. Guttier. lib. 1. canon. quest. 9. 2. cap. 5. n. 29. & probat, quia etsi absolvens non potest solvere, tamen absolvens non potest absolvere, nisi servata forma privilegij. Aliorum sententia est varianda fore absolutionem; quando absolvens non potest te ipsa satisfactionem exhibere, hanc cum aliis sequitur P. Suarez disput. 7. sect. 5. à num. 4. quia non est credendum formam privilegij esse servandam cum tanto detrimento eius, qui non potest satisfacere; & ita docet etiam Turrianus de cens. lib. 2. disputat. 24. dub. ult. Præpositus in 3. par. quest. 1. de cens. in comm. dub. 15. num. 114. Hurtado disput. 14. de excomm. diff. 5. num. 10.

2. Notandum est etiam hic cum Turriano loco citato, quod si penitens habet probabilem opinionem, quod nihil reuera debeat, non tenetur aliquid solvere, quia potest amplecti opinionem probabilem. Secundum si sit purum dubium in materia iustitiæ, melior est conditio possidentis, & ita donec liberetur in dubio, nihil tenetur solvere, & in tali eventu secundum forum conscientie non erit obligandus ad satisfactionem, ad quam iure naturali non est obligatus. Et hæc sunt valde à Confessariis notanda: unde ego olim per Bullam Cruciatæ dedi absolutionem in foro conscientie cuidam viro nobilissimo nominatim denunciato, non satisfacta parte, quia eius Aduocati aiebant in fauorem excommunicati probabiles rationes adesse pro lite, de qua tunc agebatur, & reuera tunc illa excommunicatio fuit nulla, tanquam lata post legitimam appellacionem.

3. Aduerte etiam hic obiter, absolutum ante realem satisfactionem reincidere in excommunicationem, si postmodum non satisfaciatur, quando commode potest, vt patet ex cap. eos, qui, de sent. excomm. in 6. sed vt obseruat Præpos. loco citato, multi contrarium sentiunt.

RESOL. LX.

An per Bullam Cruciatæ, vel per Iubileum possit Confessarius absolvere ad reincidentiam. Ex part. 5. tract. 9. Resol. 15.

§. 1. Sic respondet ad hunc casum Moscoso in summ. tract. 16. cap. 7. num. 5. & 6. [Atento que en las Bulas no se da facultad para absolver ad reincidentiam, sino absolutamente satisfecha la parte de ninguna manera se puede absolver ad reincidentiam con ella, aunque la parte lo consienta, pues no dando facultad para esto la Bula tanpoco la puede dar la parte. Mas se nota, que el juez de comission ha de guardar puntualmente lo en ella contenido, y de ordinario se le da sin facultad de absolver ad reincidentiam, Para ganar los jubileos tengo por opinion muy probable, y muy conforme al intento de su Santidad, que abre para ello los tesoros de la Iglesia, que puede el Confessor absolver ad reincidentiam por el tiempo necessario para las diligencias necessarias; que se han de hazer para ganarle, confesar, y comulgar, y visitar Iglesias, obligando con caucion al descomulgado de prendas, o fianças, o juramento de satisfacer a la parte y pasado el tiempo del jubileo bueluera a incurrir en el fuero exterior, mas no en el interior, hasta que aya nueva culpa en satisfacer a la parte, y para que esto se puede hazer sin escandalo, dize Cordoua que la absolucion no solamente es en el fuero interior, sino en el exterior.] Ita ille.

RESOL.

Sup. hoc lege § posit. in annot. vlt. huius Ref.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 4. Refol. 29. in fine, &c.

Sup. hoc inf. lege doct. §. vlt. Ref. 66.

ANAE  
ONIA  
ELIVV  
III